

lomis tempore nondum illud acceperat nomen, quia Josaphat, qui multis abhinc annis vixit, dedit valli nomen. Utcumque sit, puto illustrem fuisse locum, neque procul ab urbe regia.

Illud difficile, quomodo dicatur Absalom nullos suscepisse filios, cum cap. 14, v. 27, pati dicantur illi tres filii, et una filia. Quidam dicunt illos filios jam fuisse mortuos, aut certe fuisse eo ingenio, ut ab illis nihil magni expectari potuerit. Sanè filia mortua non erat, quæ postea nupsit Salomonis filio Roboam, à quâ susceptus Abias, qui Roboamo mortuo regnum obtinuit. Ego sic puto, longè ante hoc tempus excitatum ab Absalome titulum, cum filium haberet nullum, et omnem fortassè spem abjecisset futuræ prolis; sub hæc autem tempora auctum jam esse filii, quorum Scriptura postea non meminit, sicut neque aliorum, qui ex aliis Davidis filiis propagati sunt.

VOCAVITQUE TITULUM NOMINE SUO, ET APPELLAVIT MANUS ABSALOM. Quia manus operum penè omnium artifex est, fit ut pro ipso sumatur opere: quomodo imaginem manum esse dicimus statuarii: sanè hoc modo sæpè quodcumque opus, aut artificium nominatur. Unus modò sufficiat nobis Martialis, qui vas ab opifice elaboratum manum vocat opificis. Sic autem ille lib. 8, epigr. 51:

*Quis labor in phialâ docti Myos? anne Myronis  
Mentoris hæc manus est, an, Polyclete, tua?*  
Manus verò dicitur Absalomis, quia licet ad hujus tituli constructionem non admoverit suas, admovit tamen artificum manus mercede conductas. Eodem modo in sui memoriam alium quoque titulum construxit Saül lib. 4 Reg. cap. 15, v. 12. Nam ubi Vulgatus legit: *Et erexit sibi formicem triumphalem*, Hebr. est, *masib lo iad*, id est, *statuit sibi manum*.

Quid de hoc titulo fabulentur Hebræi, in eorum Traditionibus scribit Hieronymus, qui non vident, quàm id malè cum Scripturâ sacrâ concilient: « Tradunt, inquit Hieronymus, Hebræi, quòd depositus de quercu petierit sibi inducias, antequàm perimeretur, ut faceret sibi titulum ob memoriam sui, eò quòd non haberet filium talem, qui regno dignus esset. Putabat enim filios suos non solum regno indignos, sed etiam ob peccatum suum, quod in patrem gesserat, præsentem vitâ indignos. In quo titulo manus dicitur defixisse, et figuram manû suæ expressisse, et ob hoc titulum hoc modo vocari. » O præclarum cerebrum! Hunc titulum Josephus lib. 7, cap. 9, marmoream dicit fuisse

columnam cum inscriptione; quod mihi verisimile est.

VERS. 19. — ACHIMAAZ AUTEM FILIUS SADOCAIT: CURRAM, ET NUNTIABO REGI. Ex hoc loco ad versum 24, nihil occurrit quod lucem desideret interpretis. (1)

VERS. 24. — DAVID AUTEM SEDEBAT INTER DUAS PORTAS. Duas portas ego accipio, quæ sunt in murorum parte maximè munitâ. Satis constat in portis esse præcipua urbium propugnacula, in quibus cum turres essent, quas esse latas et crassas ad firmitatem oportet, necesse est duas habere portas, alteram extrorsus, introrsus alteram; quales etiam nostris temporibus civitates habent, in quibus est diligens et accurata custodia. In medio igitur duarum portarum, id est, in ipso turris sinu, ubi prius constiterat, quando ducibus suis Absalomis salutem commendabat, sedebat rex, neque fortassè à matutinâ luce inde discessit, donec accepit nuntium de confecto prælio, et Absalome mortuo, ut si quid in acie accideret adversi, commodius suos, quo posset modo, consilio, aut subsidio juvaret. Sicut duces ipsi dixerant supra v. 5: *Melius est, ut sis nobis in urbe præsidio*.

VERS. 25. — SI SOLUS EST, BONUS EST NUNTIUS IN ORE EJUS. In eo, quod reliquum est capituli, nihil fermè est observatione dignum. Tantum enim habemus profectos esse nuntios ex castris ad Davidem, et ab illis accepisse regem, quemadmodum concisus partim, et partim fugatus fuerit inimicorum exercitus, et filius occisus. Sunt tamen nonnulla nobis observanda. Primum prudenter conjectasse Davidem rem à suis feliciter gestam, quia unus homo concitato cursu ad urbem properaret. Cum enim multi turmatim atque confusè veniunt, apertè docent se ab hoste victore urgeri à tergo, neque sibi licere disciplinam, et ordinem militarem servare. At cum unus venit cursu velocius concitato, suspicionem removet acceptæ cladis, cum homo solitarius redire non

(1) VERS. 21. — ATT JOAB CHUSI: VADE. Alius est hic Chusi à Chusi, vel Chusai Arachæo Davidis amico. Homo erat privatus, nominis obscuri; et nullâ re conspicuus; vel fortè Arabs quidam vel Æthiops; *Chuschi* enim sonat Æthiopem. (Calmet.)

VERS. 22. — NON ERIS BONI NUNTII BAJULUS. Non enim creditur vir ingenuus esse suscepturus, ut nuntium ingratum deferat. Hæc sedit vulgò omnibus omni ætate opinio. Hebræus ad litteram: *Tibi nuntium hoc nihil dabit*. Præmium nullum referes, operam perdes. Vel potius: *Non convenit tibi hoc nuntium*; præsens rei occasio tibi non favet. (Calmet.)

soleat, ubi malè geritur, maximè cum ad locum properat, ubi profligatis et perditis aliquid se ostentat in desperatione perfligium, qualis erat civitas, ubi tunc cum aliis commilitonibus substiterat David.

VERS. 29. — ESTNE PAX PUERO ABSALOM? Absalom idem valet, quòd *patris pax*. Ad quam significationem allusisse videtur David, dum rogat, an Absalomi sit pax. Quasi dicat: Si Absalomi pax est, pax erit etiam mihi, qui pater illius sum; sin autem illi pax non est, id est, si quicquam accidit adversum (id enim valet, non esse alicui pacem), neque mihi pax erit; si mortuus est ille, de me quoque actum esse putate.

BENEDICTUS DOMINUS DEUS TUUS, QUI CONCLUSIT HOMINES, QUI LEVAVERT MANUS SUAS. Quid est, quòd cum tam nuntio quàm aliis omnibus, qui Davidi aderant in civitate, aut cum hoste pugnabant in saltu, communis sit Deus, communis religio, tamen Davidis solius nunc appellat Deum? Sanè Davidis nunc appellatur Deus eam ob causam, quia Davidis videtur suscepisse causam, et pro illo contra perduelles et infidos dimicasse. Sic vulgò communiter dicimus: *Meus est populus, noster est senatus*, quia ille suffragiis, hic iudiciis causâ nostrâ favet, et pro illius felici expeditione laborat. Concludere, idem est, quod in angustias redigere, ita ut jam liberè vagari non audeat; sed perindè ac feræ à venatoribus concluduntur et compinguntur in retia, sic etiam hostes eò videntur coacti atque conclusi, unde incolumes nequeant emergere. Ubi Vulgatus, *conclusit*, Hebr. est, *sigar*, quod etiam *tradere* significat, quomodo reddidit Chaldaeus. Quòd si utramque significationem jungas, sensus erit commodissimus, nempe hostes à Deo traditos esse Davidi constrictos, ita ut illos superare non fuerit majoris negotii, quàm hostes conficere ita ligatos, ut neque armorum, neque manuum, ac pedum ullus esset usus. Sanè si leonem, aut rhinocerotem ita constrictos tradas aut imbecillo puero, aut teneræ virgini, illos sine ullo periculo, aut labore confodient.

VERS. 31. — JUDICAVIT ENIM PRO TE DOMINUS DE MANU OMNIUM, QUI SURREXERUNT CONTRA TE. *Judico* verbum est ambiguum, quod modò favorem et benevolentiam, modò aliquid significat adversum, et ab animi offensione profectum. Sed hic illud, *pro te*, satis ostendit benevolè à Deo de Davidis causâ sumptum esse iudicium.

VERS. 33. — CONTRISTATUS ITAQUE REX ASCENDIT

AD COENACULUM PORTÆ. Hinc constat, quod paulò ante dicebamus, in portâ fuisse turrem, et in eâ duas esse portas, quæ laxum in ipso turris sinu spatium relinquerent: nunc apparet excelsam fuisse turrem, et plures habuisse contignationes, quando in portâ, id est, in turre dicitur fuisse coenaculum, ad quod ut liberiùs ploraret sese à suorum oculis abdidit David. Est autem coenaculum pars extrema domûs, et tecto propior, quæ pars, quia rudior est, et minùs ad habitandum idonea, à pauperibus plerùmque conducitur, aut vilioris turbæ habitationi destinatur. Sic sanè Juvenalis Satyrâ 3, qui divitibus et lautis inferiora, suprema pauperibus assignat.

*Quem (pauperem) tegula sola tuetur  
A pluviâ, molles ubi reddunt ova columbæ.*

ABSALOM, FILI MI, FILI MI, ABSALOM (1). Hæc

(1) Flebat David mortem non tam præsentem, quàm æternam Absalomi, quòd in flagranti delicto parricidii occisus foret; unde metuebat, imò credebat eum esse damnatum. Porrò S. Chrysost. Homil. de Absalom Davidi respondet, ejusque lamenta inhæbet dicendo: « Quid plangis, gloriose pater, quid lamentaris, quasi Absalom quod ausus est compromittere? Quid fles scelestum, quasi eum parricidium perpetrare volueris? Plangis gloriam victoris exercitus, si fletur hostis interitus, nec lætitia esse poterit in victoria, si parricidæ plangitur pœna. Ille tuus non fuit filius, qui sic violavit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui jus patris sanctissimi violavit. Te non contempserunt exercitus, non duces, quibus parci scelesto mandasti, sed illa arbor, illa te primum ulta est; illa defendit, illa læsit patris injuriam, quæ te non audierat, vindicavit. » Et paulò post, causam subjicit dicens: « Novo enim supplicio debuit interire, qui seculo novum scelus per patris exitium voluit inferre. » Denique paternus affectus in filium licet sceleratum urgebat Davidem. Nam, ut ait Quintil. declam. 322: « Pater erat; nunquàm hi affectus in tantum vincuntur, ut non ad naturam suam tandem revertantur. »

(Corn. à Lap.)  
*Mon fils Absalom, Absalom mon fils, qui me fera la grâce de mourir pour vous? Saint Augustin considère cette affliction de David par des sentiments fort élevés au-dessus de la faiblesse humaine, et vraiment dignes de ce saint prophète. « Absalom, dit-il, a persécuté David, non seulement en voulant lui ôter la couronne, mais encore plus en lui déchirant le cœur, par la compassion qu'il avait du malheureux état de son âme. Aussi ce prince a été beaucoup plus touché de la mort de son fils que de sa révolte. Car tant qu'il vivait, il espérait toujours que Dieu pourrait lui toucher le cœur. C'est dans cette vue qu'il avait donné des ordres si exprès, afin qu'il ne fût point tué dans le combat. Mais lorsqu'il le vit mort dans son péché et dans l'impénitence, sans qu'il lui restât aucune espérance*

vocum iteratio magnam habet epitasim; id enim, quod in corde altius infixum est, et in eo effervescit ardentius, frequentius ebullit, et erumpit foras. Sic porro filium amabat, ut cum esset omnium filiorum adversus patrem sceleratissimus, et contra ipsius caput proximè manus elevasset armatas, tamen suam vitam non gravatè profunderet, ut filii redimeret.

Quis, inquit, mihi tribuat, ut ego moriar pro te?

Multa hic dicunt Patres et interpretes, dum hanc Davidis mansuetudinem, et in filium cle-

de son salut, il s'abandonna à sa douleur, et il s'écria: *Mon fils Absalom, qui me fera la grâce de mourir pour vous!* Car il aurait sans doute souffert avec joie la mort temporelle, pour le délivrer de l'éternelle. Cet exemple est grand pour nous faire voir avec combien de tendresse nous devons aimer les âmes que Dieu nous a confiées. David pleure un ennemi déclaré et un parricide: combien devons-nous pleurer ceux qui sont infiniment éloignés de ces désordres, mais qui sont exposés à des tentations violentes, et qui attendent que nous les soutenions par nos prières dans leur faiblesse, et que nous attirions sur eux les grâces du ciel? David pleure un fils dont la perte est sans ressources. *Ses larmes étaient saintes*, dit saint Bernard. *C'était la charité qui les répandait, et néanmoins elles étaient inutiles.* Combien donc doit-on pleurer ceux qui peuvent encore revivre après leur mort, et qui peuvent être du nombre de ceux dont parle saint Prosper, lorsqu'il dit que Dieu, comme Créateur d'un monde spirituel, fait sortir quand il lui plaît la lumière des ténèbres, et que des débris d'un vase cassé, il forme un vase nouveau et une créature nouvelle?

Vasque novum ex fracto fingens, virtute creandi.  
(Sacy.)

## CAPUT XIX.

1. Nuntiatum est autem Joab quòd rex feret et lugeret filium suum.

2. Et versa est victoria in luctum in die illà omni populo; audivit enim populus in die illà dici: Dolet rex super filio suo.

3. Et declinavit populus in die illà ingredi civitatem, quomodò declinare solet populus versus et fugiens de prælio.

4. Porro rex operuit caput suum, et clamabat voce magnà: Fili mi Absalom! Absalom fili mi, fili mi!

5. Ingressus ergo Joab ad regem in domum dixit: Confudisti hodiè vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, et animam filiorum tuorum et filiarum tuarum, et animam uxorum tuarum, et animam concubinarum tuarum.

6. Diligis odientes te, et odio habes di-

mentiam admirantur. Quæ non videor præterire posse, quia et gravissima sunt, et maximè faciunt ad mores. Primo loco pono Augustinum lib. 3 de Doctrinà christianà, c. 21: « David cum hoc ab impio, atque immani filio passus esset, non solum ferocientem toleravit, sed etiam planxit extinctum. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur, quem nullo modo injuriæ suæ, sed peccata filii commovebant. Nam idèd, si vinceretur, eum occidi prohibuerat, ut edomito servaretur poenitendi locus. Et quia non potuit, non orbitatem doluit in ejus interitu, sed quia noverat, in quales poenas tam impiè adultera et parricidalis anima pateretur. Nam qui alio priùs filio, qui innocens erat, pro quo ægrotante affligebatur, moriente lætatus est. » Hoc idem contra Faustum Manichæum lib. 22, cap. 66. Non longè ab hoc abit Ambrosius, de obitu Valentiniani, ubi docet idèd Davidem luxisse Amnonem et Absalomem mortuos, non autem cum puerulus ex adulterio susceptus mortuus est: hic enim consecutus videbatur vitam æternam, neque egebat longiori spiritu, ut poenitentiam ageret; illis autem de quorum peccatis optimus pater non dubitabat, diuturnior vita necessaria fuit, ut meliùs se, placato per poenitentiam Deo, ad futuræ vitæ felicitatem compararent. Idem Theodoretus q. 26: « Tanquàm pius luxit eum, qui non poterat ampliùs curari per poenitentiam. » Nam post mortem poena peccatis est immedicabilis. »

## CHAPITRE XIX.

1. Or, on avertit Joab que le roi était dans les larmes et qu'il pleurait son fils;

2. Et la victoire fut changée en deuil dans toute l'armée, parce que tout le peuple sut que le roi était affligé de la mort d'Absalom.

3. Le peuple se détourna ce jour-là pour ne pas entrer dans la ville, comme une armée qui aurait été défaite et mise en fuite dans une bataille.

4. Mais le roi s'était couvert la tête, et criait à haute voix: Mon fils Absalom! Absalom mon fils! mon fils!

5. Joab étant entré au lieu où était le roi, lui dit: Vous avez aujourd'hui couvert de confusion tous vos serviteurs qui vous ont sauvé la vie, qui l'ont sauvée à vos fils et à vos filles, à vos femmes et à vos concubines.

6. Vous aimez ceux qui vous haïssent et vous haïssez ceux qui vous aiment; vous avez fait

ligentes te; et ostendisti hodiè quia non curas de ducibus tuis et de servis tuis; et verè cognovi modò quia si Absalom viveret, et omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi.

7. Nunc igitur surge, et procede, et alloquens satisfac servis tuis; juro enim tibi per Dominum, quòd, si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hæc, et pejus erit hoc tibi quàm omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentià tuà usque in præsens.

8. Surrexit ergo rex, et sedit in portà; et omni populo nuntiatum est quòd rex sederet in portà, venitque universa multitudo coram rege. Israel autem fugit in tabernacula sua.

9. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens: Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum; ipse salvavit nos de manu Philistinorum; et nunc fugit de terrà propter Absalom.

10. Absalom autem, quem unximus super nos, mortuus est in bello: usquequò siletis, et non reducit regem?

11. Rex verò David misit ad Sadoc et Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad majores natu Juda, dicentes: Cur venitis novissimi ad reducendum regem in domum suam? (Sermo autem omnis Israel pervenerat ad regem in domo ejus.)

12. Fratres mei vos, os meum et caro mea vos, quare novissimi reducit regem?

13. Et Amasæ dicit: Nonne os meum et caro mea es? Hæc faciat mihi Deus et hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab.

14. Et inclinavit cor omnium virorum Juda quasi viri unius, miseruntque ad regem dicentes: Revertere tu, et omnes servi tui.

15. Et reversus est rex, et venit usque ad Jordanem; et omnis Juda venit usque in Galgalam ut occurreret regi et traduceret eum Jordanem.

16. Festinavit autem Semei filius Gera filii Jemini de Bahurim, et descendit cum viris Juda in occursum regis David,

17. Cum mille viris de Benjamin; et

voir aujourd'hui que vous ne vous souciez guère ni de vos officiers ni de vos soldats; et je vois fort bien que, si Absalom vivait, et que nous eussions tous été tués, vous seriez content.

7. Venez donc présentement vous montrer à vos serviteurs; parlez-leur, et témoignez-leur la satisfaction que vous avez d'eux; car je vous jure par le Seigneur que, si vous ne le faites, vous n'aurez pas cette nuit un seul homme auprès de vous, et vous vous trouverez dans un plus grand péril qu'aucun de ceux où vous ayez jamais été depuis les premières années de votre vie jusqu'aujourd'hui.

8. Le roi alla donc s'asseoir à la porte de la ville; et, le peuple ayant été averti qu'il était là, tout le monde vint se présenter devant lui. Cependant, comme après la fuite d'Israël chacun s'était retiré chez soi,

9. Le peuple, dans toutes les tribus, s'entredisait à l'envi l'un de l'autre: Le roi nous a délivrés de nos ennemis, il nous a sauvés de la main des Philistins; et il a été contraint de fuir hors de son pays, à cause du soulèvement d'Absalom.

10. Absalom, que nous avions sacré pour roi, est mort dans le combat. Qu'attendez-vous donc? et pourquoi ne faites-vous point revenir le roi?

11. Le roi David, ayant été averti, en sa maison, de la bonne disposition de tout Israël, et voulant faire entrer Juda dans la même disposition, envoya dire aux prêtres Sadoc et Abiathar: Parlez aux anciens de Juda, et dites-leur: Pourquoi êtes-vous les derniers à faire revenir le roi en sa maison?

12. Vous êtes mes frères, vous êtes mes os et ma chair; pourquoi êtes-vous les derniers à faire revenir le roi?

13. Dites aussi de ma part à Amasæ: N'êtes-vous pas ma chair et mes os? que Dieu me traite avec toute sa sévérité si je ne vous fais pour toujours général de mon armée, à la place de Joab.

14. Il gagna ainsi le cœur de tous ceux de Juda, qui tous unanimement lui envoyèrent dire: Revenez, vous et tous ceux qui sont demeurés attachés à votre service.

15. Le roi retourna donc, et s'avança jusqu'au Jourdain; et tout Juda vint au-devant de lui jusqu'à Galgala pour lui faire passer le fleuve.

16. Or, Séméi de Bahurim, fils de Géra, de la tribu de Benjamin, craignant le ressentiment